

Illæ superqve fatis constant : has docta fatetur
Pagina, quæ laudes anticipat reliqvas.
Qvid superest igitur ? Me saltcm vota manebunt ;
His doctum specimen gratulor ex animo.
Hic, qui principio voluit benedicere, Cœli
PRINCEPS, fortunet principiata, precor.

Sic gratulatur
CHRISTIANUS VVUTTTIGIUS,
Lygio Silesius.

A Jove principium veteres sumfisse juvabat,
Cum Jove pergebant, cum Jove finis erat.
Et Tibi principium primum SEYFARDE JEHOVAM
In studiis, docta hæc charta, fuisse probat.
Hoc Tibi principium studiorum figere pergas :
Jucundum finem, qui bene cœpit, habet.

Sic ominatur
Amico suo Æstumatissimo
BALTHASAR HENRICUS HEINSIUS,
Soraviâ Lusatus.

P Principiis obsta : Sic sæpe monere solemus.
Principiis insta : Te monuisse placet.
Nam, cum Principium tractas ac Principiatum,
In studiis specimen fistis, Amice, bonum.
Principiis igitur clarescere perge politis :
Optima, principium, principiata fovet.

Hisce de felici principio
*Præstantissimo Dno. Populari applaudere
gratulabundus volebat*
ANDREAS Schwarz.